quis de us preter te

do nu ne Secr

Hec sacrificia nos omnipotens deus poten ti virtute mundatos ad suum faciant purio res venire principium. P.

Co Videns dominus flentes sorores lazari ad monumentum lacrimatus est coram iudeis et clamabat lazare veni foras. et pro diit ligatis manibus et pe dibus qui fuerat quatri duanus mortuus. P Co

Hec nos quesumus domine participatio sacramenti et a propriis rea tibus indesinenter expediat. et ab omnibus tueatur adversis. P. Sup

Adesto domine populis psalm qui sacra misteria contigerunt. ut nullis periculis affligantur. qui te protectore confidunt. P.

Sicientes venite ad Tallo aquas dicit dominus et qui non habe tis pre cium venite bi bite cum le ticia. Ps

Attendite populus meus legem meam.

Fiat quesumus domine fructuosus pro gloriam tuam nostre devocionis effectus. quia tunc nobis proderit suscepta ieiunia. si tue sint placita pietati. P.

[illegible]

gaudium. P. Lc. ysaie prophe

Hec dicit dominus: Tem
pore placito exau
divi te et in die salutis
auxiliatus sum tui: et
servavi te et dedi te in
fedus populi: ut suscitares
terram et possideres he
reditates dissipatas: et
diceres his qui vincti
sunt exite: et his qui in
tenebris sunt revelami
ni: Super vias pascentur:
et in omnibus planis erunt
pascue eorum: Non esuri
ent neque sitient: et non
percutiet eos estus et sol:
quia miserator eorum re
get eos et ad fontes aqua
rum potabit eos: Et ponam
omnes montes meos in
viam: et semite mee exal
tabuntur: Ecce isti de longe
venient: et ecce illi ab

suum: et pauperum suorum
miserebitur. Et dixit
Syon: Dereliquit me
dominus: et dominus oblitus
est mei: Numquid obli
visci potest mulier in
fantem suum: ut non
misereatur filio uteri
sui: Et si illa oblita fu
erit: ego tamen non
obliviscar tui. Gr.
Dicit dominus omnipotens: L...



S' Iohn

In illo tē: Dixit ihc dis
cipulis suis: Ego sum
lux mundi: Qui sequitur
me. non ambulat in
tenebris: sed habebit
lumen vite. Dixerunt
ergo ei pharisei: Tu de
te ipso testimonium
phibes. Testimoniū
tuū: non est verū. Res
pondit ihc: et dixit eis:
Et si ego testimoniū
phibeo de me ipso: ve
rum est testimonium
meū. quia scio unde
veni aut quo vado:
Vos autē nescitis unde
venio: aut quo vado:
Vos secundum carnē iudi
catis: ego non iudico
quemquā: Et si iudico
ego: iudicium meū ve
rum est. quia solus nō
sum. sed ego. et qui mi
sit me pater: Et in le
ge vestra scriptū est: quia
duor hominum testimo
niū verū est: Ego sum
qui testimonium phibeo
de me ipso: et testimo
niū phibet de me qui
misit me pater: Dice
bant ergo ei: Ubi est pater
tuus? Respondit ihc:
Neque me scitis: neque pa
trem meū: Si me scire
tis: forsitan et patrē meū
sciretis: Hec verba locu
tus est ihc in gazophila
cio docens in templo: Et
nemo apphendit eū: quia
nec dum venerat hora
eius

libe ra tor me us
spera bo in e

Oblationibus Secr. qs dne placare susceptis. et ad te nras etiã rebelles cõpelle ppitius uoluntates: P.

Dominus regit me et CO nichil michi dee rit in lo co pas cue ibi me col locauit super aquam refectionis educa uit

Tua nos qs dne PCO sca purificent: et operatione sua pficiant esse placatos: P.

Plebem tuã sup ppłm qs dne. interius exteriusque restaura. ut quam corporeis nõ uis delectationibz impe diri. spũali facias uigere pposito. et sic foueas rebz transitoriis. ut tribuas potius inherere ppetuis: P. dnica V

Iudica me de us et discerne causam me am de gente non sanc ta ab homine ini quo et do lo so eripe me quia tu es de us me us et fortitu do mea PS Emitte lucem tuam et veritatẽ tuã

Qs omnipũs ds fa OR miliã tuã ppitius respice: ut te largiente regatur in corpore. et te seruante custodiatur in mente: P. l. e. b.

Fr͞s: pauli apli ad ebreos Xpc assistens pontifex futurorum bonorum p amplius et pfectius taber

us me us et ab insurge

tibus in me

libera me do

secr. Annue mise secr. ricors deus: ut mine; hostias placationis et laudis. sincero tibi defe ramus obsequio: per. co

co Lavabo inter innocentes

manus meas et circumda

bo altare tu um do

mine ut audiam vocem

laudis tu e ut enarem

universa mirabilia tu a;

pco Celestis doni be pco nedictione percepta. supplices te deus omnipotens de precamur. ut hoc idem nobis et sacramenti causa

[...]nostris

A[...] omnipotens deus: et qui bus fiduciam sperande pie tatis indulgens. consuete misericordie tribue be nignus effectum: per. fer. v.

Omnia que fecisti nobis

domi ne in ve ro iudicio

fe cisti quia peccavimus

ti bi et mandatis tuis non

obedivi mus sed da glo

riam nomini tu o et fac no

biscum secundum multitudi

nem misericor di e tu e; ps.

Magnus dominus et lauda. or.

Presta quesumus omnipotens deus: ut dignitas conditi onis humane per inmode

[illegible] pa[illegible]
[illegible] Lectio Danielis prophete
In dieb' illis: Orav[illegible] Da-
niel dicens: Dñe dñe
de spiritu[illegible] in tuis: neq;
auferas misericordiam tuam
a nobis: Propter abrahã
dilectum tuum. et ysaac ser-
vum tuum et israel sc̄m tuū-
quibus locutus es pollicens-
q' multiplicares semen
eorum sicut stellas celi. et
sic arenã que est in li-
tore maris. Quia dñe in
minuti sumus plus quã
omnes gentes: sumusq; hu-
miles in universa terra
hodie ppt' peccata nr̃a:
[illegible] in tempore
[illegible] et propheta et dux:
Neq; holocaustum. neq;
sacrificiū. neq; oblatio.
neq; incensum. neq; locus
primiciarū corã te: ut
possimus invenire mi-
sericordiã: Sed in animo con
trito: et in spū humilita[tis]

in holocausto arie[tum]
et taurorum et sic in mi[l]
libus agnorum pinguium-
sic fiat sacrificium n[ostrum]
in conspectu tuo hodie
ut placeat t[ibi]. quia no[n]
est confusio confiden-
tibus in te: Et nunc se[qui]
mur in toto corde et ti-
memus te: et querimus fa-
ciem tuã dñe ne confun-
das nos: Sed fac no-
biscū iuxta mansuetu[dinem]
tuã: et secundum
multitudinē misericordie
tue. Et erue nos in mi-
rabilibus tuis et da gloriam
nomini tuo dñe: et con-
fundantur omnes qui os-
tendunt servis tuis
mala: confundantur in
potentia et robur
eorum conteratur: et sciant
gentes quia tu es dñs
deus solus: et gloriosus
super omnem terram
nunc deus noster

ex. Tollite hosti[as] ... yin

troit in a ... tria e ...

ut adorate dominum in

au ... la sancte ei us

R Revelabit do

minus conden ... sa ...

in templo ei ... om

nes di ... cent glo ... riam.

s. iohn.

Illo tempore: Cum au[dissent] s. iohn
discent quidam de turba
sermones domini ihesu: dice
bant: hic est vere propheta.
Alii dicebant: hic est christus.
Quidam autem dicebant: Nu[m]
quid a galilea christus venit?
Non ne scriptura dicit
quia ex semine david.
et de bethlleem castel
lo ubi erat david ven
turus est christus? Dissen

sio facta est in turba
propter eum. Quidam ex ip[sis]
volebant apprehendere
eum: sed nemo misit su[per]
illum manus. Venerunt
ergo ministri ad pontifi
ces et ad phariseos: qu[ibus]
illi dixerunt: Quare n[on]
duxistis eum? Respond[erunt]
ministri: Numquam sic
locutus est homo: sic h[ic]
loquitur. Responder[unt]
ergo eis pharisei: Numqu[id]
et vos seducti estis? Nu[m]
quid aliquis ex princip[ibus]
credidit in eum aut [ex]
phariseis? Sed turba
que non novit lege[m]
maledicti sunt. Dicit
Nichodemus ad eos. Ille q[ui]
venit ad ihesum nocte
unus erat ex ipsis: N[um]
quid lex nostra iudicat
hominem nisi audierit a[b]
ipso prius et cognove
rit quid faciat? Res[pon]
derunt et dixerunt ei:
Numquid et tu galileus es?

er quia propheta a galilea
n surgit. Et reuersi
unt unusquisque in do
mum suam. off

flumina babi
nis illic sedimus et fleui
dum recordaremur
syon. Secr

Deus noster qui in
hunc potius creatu
quam ad fragilitatem
subsidium condidisti
quoque nomini tuo
iussisti dicanda com
tribue quesumus: ut et
nobis presentis auxi
et eternitatis effici
sacra
ntur. co Memento uer
tui seruo tuo domi
in quo michi spem dedi

sti hec me consolata est
in humilitate mea. pco
Quod ore sumpsimus
Domine mente capiamus
et de munere tempora
li fiat nobis remedium
sempiternum. P. sup pp
Esto quesumus domine propicius
plebi tue: ut que
tibi placent respuen
tes. tuorum potius reple
antur delectationibus
manda
Miserere michi fer v
domine quoniam tribu
lor libera me et eripe me
de manibus inimicorum
meorum et a persequenti
bus me domine non con
fundar quoniam inuoca

Erant autē ibi maria
magdalene: et altera
maria sedentes contra
sepulcrum; Altera
autē die que est post
parasceuen: convenerūt
principes sacerdotum
et pharisei ad pilatū
dicentes: Domine recorda
ti sumus quia seductor ille
dixit ad huc vivens:
post tres dies resurgā:
iube ergo custodiri sepul
crum usque in diem
terciū: ne forte veni
ant discipuli eius et fur
rentur eū et dicant ple
bi: surrexit a mortuis;
Et erit novissimus error
peior priore; Ait illis
pilatus; habetis custo
diam: ite custodite sicut
scitis; Illi autem abeuntes:
munierūt sepulchrū;
Signantes lapidem:
cum custodibus: off

off Im pro peri um exspecta

vit cor me um et mise
ri am et sustinui qui si
mul contristaretur et non
fuit consolantem me que
sivi et non in ve ni
et de de runt in escam me
am fel et in siti me a
potaverunt me ace to;

Concede quesumus domine secr
ut oculis tue maies
tatis munus oblatū et
grām nobis devotionis
obtineat et effectū bea
te perhennitatis adquirat. Per

Pater si non potest hic co
calix transire nisi bibam
illum fiat voluntas tua; co

Per huius domine operationem misterii et vitia nostra purgentur et iusta desideria compleantur. Per.

Iudica domine nocentes me expugna impugnantes me apprehende arma et scutum et exurge in adiutorium meum domine virtus salutis mee. Ps. Effunde frameam et concude adversus eos qui persecuntur. Evovae.

Da quaesumus omnipotens deus. Or. Ut qui in tot adversis ex nostra infirmitate deficimus, intercedente unigeniti filii tui passione respiremus. Per. Lectio ysaie prophete.

In diebus illis. Dixit ysaias: Dominus deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abii. Corpus meum dedi percutientibus et genas meas vellentibus. Faciem meam non averti ab increpantibus et conspuentibus. Dominus deus auxiliator meus: ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam ut petram durissimam, et scio quia non confundar. Iuxta est qui iustificat me: quis contradicit mihi? Stemus simul. Quis est adversarius meus? accedat ad me. Ecce dominus deus auxiliator meus: quis est qui condempnet me? Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos. Quis ex vobis timens dominum, audiens vocem servi sui? Qui ambulavit in tenebris et non est lumen ei, speret in nomine domini

Utſpiſnings Register och Gärdzens Mantals ... Mandade

ius es ... tu; Secr

Hec sacrificia nos om(nipotens) ds potencia uirtu te mundatos· ad suum faciant puriores ue nire principium; P. Co

Erubescant et reuereantur simul qui gratulantur ma lis meis induantur pu dore et reuerentia qui maligna loquuntur ad uersum me; P. co

[P]rebeat nob dne qs diuinum tui sca[cramenti] feruorem quo eius pari[illegible] et actu[illegible] [illegible] et fructu; P. sup pp[illegible]

Adiuuent nos ds sa [cri]ficia nra· et ad be neficia percipienda· qs nos instaurare digna

... gaudemus; P. ... In

Nos autem gloriari opor tet in cruce do mi ni nostri iesu christi in quo est salus ui ta et resurrectio nostra per quem saluati et liberati su mus P. Ds misereatur nri et benedicat nob euouae

Omnipotens sempiterne ds da nob ita domi nice passionis sacramenta peragere ut indulgentiam percipere mereamur; P. lc [illegible] Jheremie pphe

[I]n d[iebus] i[llis] dixit Jheremias Dne demonstrasti m[ihi] et cog noui tunc ostendisti mi chi studia eorum. Et ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad uicti mam et non cognoui quia

cogitauerunt super me con
silia dicentes: Mittamus
lignum in panem eius et era
damus eum de terra uiuen
tium. et nomen eius non memo
retur amplius: Tu autem domine
sabaoth. qui iudicas ius
te. et probas renes et corda.
uideam ultionem tuam ex eis:
Tibi enim reuelaui cau
sam meam. domine deus meus:

In diebus illis. Lectio sapientie

Dixerunt impii iudei
apud semetipsos: Veni
te circumueniamus iustum.
quoniam inutilis est nobis.
et contrarius est operibus nostris:
Et improperat nobis pecca
ta legis et diffamat in
nos peccata discipline nostre:
Promittit se scientiam dei
habere: et filium dei se no
minat: Factus est nobis
in contradictionem: cogita
cionum animarum nostrarum:
Grauis est nobis etiam ad
uidendum: quoniam dissimi
lis est aliis uita illius.
et immutate sunt uie
eius: Tanquam nugaces es
timati sumus ab illo: et
abstinet se a uiis nostris
tanquam ab inmundiciis:
Et profert nouissima iu
storum: et gloriatur patrem se
deum habere: Videamus ergo
si sermones illius ueri sint:
et temptemus que uen
tura sunt ei. et sciemus
que erunt nouissima
illius: Si enim est uerus
dei filius: suscipiet illum.
et liberabit illum de ma
nu contrariorum: Contu
melia et tormenta in
terrogemus illum: ut scia
mus reuerentiam ipsius
et probemus patientiam eius:
Morte turpissima condem
nemus eum: erit enim re
spectus ex sermonibus
illius: Hec cogitauerunt
et errauerunt: excecauit
enim illos malicia eorum:
Et nescierunt sacramenta
dei: neque sperauerunt

Vacktoris Register aff 7 Sochnar
vdi Masto Maxede Pro anno

multitudine fortitu
dinis sue; Ego qui lo
quor iusticiam: et pro
pugnator sū ad saluan
dum; Quare ergo ru
brū est indumentum
tuū. et uestimētū tuū
sic calcantiū in tor
culari: Torcular cal
caui solus: et de gen
tibus non est uir meū;
Calcaui eos in furore
meo: et conculcaui eos
in ira mea; Et aspsus
est sanguis eoꝝ sup
uestimēta mea: et oīa
indumēta mea inqui
naui; Dies enī ultionis
in corde meo: annus
retribucionis mee
uenit; Circūspexi et
non erat auxiliator:
quesiui et non fuit q
adiuuaret: Et salua
uit m brachiū meū:
et indignatio mea

laudē aīm sup que red
dedit nob: dns ds nr;

Gr

Ds qui p nobis Or
filiū tuū crucis pa
tibulū subire uolui
sti. ut inimici a nobis

ex pelleres potestatem
cōcede nobis famulis tu
is: ut resurrectionis
grām consequamur; P
In diebȝ illis: Lc ysaie xphe
Dixit ysaias: Dn̄e quis
credit auditui nr̄o?
Et brachiū dn̄i cui re
uelatū est? Et ascendit
sic uirgultū corā eo; et
sic radix de terra sitien
ti. et non est species ei.
neq; decor; Et uidimus
eū et non erat aspectus.
et desiderauim̄ eū despec
tū. et nouissimum uiro
rū: uirū dolor et scien
tē infirmitatē; Et qua
si absconditus uultus
eius: et despectus. unde
nec reputauim̄ eū; Ve
re langores nr̄os ipse
tulit: et dolores nostros
ipse portauit; Et nos pu
tauim̄ eū quasi leprosum.
et pcussū a dō et humili
atum; Ipse aū uulneratus
est ppt iniquitates nr̄as:
attritus est ppt scelera
nr̄a; Disciplina pacis
nr̄e sup eū: et liuore
eius sanati sumus; Omnes
nos quasi oues errauj
mus. unusquisq; in uiam
suā declinauit: et dn̄s
posuit iniquitatē om
niū nr̄om; Oblatus est
quia ipse uoluit: et nō
apuit os suū; Sic ouis
ad occisionē ducetur. et
quasi agnus corā ton
dente obmutescet: et
non apiet os suū; De
angustia et de iudicio
sublatus est; Genera
tionē eius quis enarabit;
Quia abscisus est de
tra uiuentiū; Ppter
ppli: pcussi eū; Et da
bit impios psepultu
ra: et diuitē p morte
sua. eo qd iniquitatē
non fecit nec dolus fu
erit in ore eius. et dns
uoluit cōterere eum
in infirmitate; Si p

posuerit pro peccato animam
suam uidebit semen longe
uum: et uoluntas domini in
manu eius diriget; Pro eo
quod tradidit in morte
animam suam: et cum scelera
tis reputatus est: Et ipse
peccatum multorum tulit.
et pro transgressoribus ro
gauit. ut non perieret;
Dicit dominus:
omnipotens; Tract. Domi ne

Tract.

ex audi orationem me
am et clamor me us
ad te ue niat; V Ne a
uer tas faci
em tu am a me in qua cum
que die tri bu lor in cli
na ad me aurem tu
am; V In quacumque
di e in uocauero te
uelo citer ex audi me;
V Quia de fece
runt sicut fumus dies me
i et ossa me a sicut
in frixo rio con frixa
sunt; V Percussus
sum sicut fe num et aru
it cor me um quia ob litus
sum manducare panem me
um; V Tu exsurgens
domi ne misereberis
sion quia uenit
tempus miseren di e ius;

Paſſio dñi nr̃i ih̃u xp̃i ſ͛
In illo tp̃r. Appropinqua lucā
bat au͂ dieſ feſtuſ azimo
rum: qui dicit͛ paſcha.
& querebat͛ principeſ
ſacerdotu͂ & ſcribe. q͛m͛
ih͂m interficeret; Time
bant u͛ plebem; Introi
uit au͂ ſatanaſ. in iudā
qui cognominabat͛ ſca
rioth: unu͂ de duodeci͂;
Et abijt & locutuſ eſt
cu͂ principib; ſacerdo
tu͂ & magiſtratib: que͂
ad modum illu͂ traderet
eiſ; Et gauiſi ſu͂t: & pac
ti ſu͂t pecuniā illi dare;
Et ſpopondit; Et quere
bat oportunitate͂: ut
traderet illu͂ turbiſ; Ve
nit aute͂ dieſ azimoꝝ:
in qua neceſſe erat occi
di paſcha; Et miſit pe
tru͂ & iohe͂m: dicenſ; E
unteſ parate nob paſ
cha: ut manducemus;
At illi: dixer͂t; Vbi uiſ
parem͂? Et dix͛ ad illoſ;
Ecce introeuntib: nob
in ciuitate͂: occurret uo
biſ homo. amphorā aq͛
portanſ; Sequimini eu͂
in domum in quā intrat:
& diceriſ patrifamiliaſ
domuſ; Dicit tibi ma
giſter; Vbi eſt diuer
ſoriu͂. ubi paſcha cum
diſcipliſ meiſ manduce͂:
Et ipſe uob oſtendit ce
naculu͂ magnu͂ ſtratu͂:
& ibi parate; Euntes au͂
inuener͂t ſic͂ dixit illiſ;
Et parauer͂t paſcha;
Et cu͂ facta eſſet hora
diſcubuit & duodecim
apl̃i cu͂ eo; Et ait illis;
Deſiderio deſideraui
hoc paſcha: manduca
re uobiſcu͂ ante quā
patiar; Dico eni͂ uobiſ:
quia ex hoc non man
ducabo illud: donec
impleat͛ in regno dei;
Et accepto calice: gr̃as
egit & dixit; Accipite:
& diuidite inter uos;